EPITAPHIUM

Specta Viator

In Programmatico Cognomento inopinatè verificatum Anagramma.

Scilicet.

In Casimiro Malinowskj, mirum in vita casum, in morte obitum

Hic est ille Casimirus

Cui fortuna ideo fallaci blandita vultu ut deciperet, ancillata ideò ut machinaretur

Eadem Numen

Protheos chamaleontes, Larvas cerussatas inducens, ut sub specie adamantis vitro illudat fragili.

In Hybla et Hymmeto aconita propinet.

In Vestis Dea

Imperatorum paludamentis, Regum tirijs, senatorum purpuris ad humanum superbiens obtutum. ut bysso tumulens exuat stybia in fascinatus deturpet magis.

Heu iniqua magnis rarò virtutibus sors ista pareit

Recens Tragicum cerne

Qui veritatis alumnum agis

Altius illa extulit, ut gravius edita receptum Arce detruderet

In famulitium iurata quasi

Ut insultaret et periura

Cui spondere fidem et rumpere mens fidefraga ex aquo statuit

Ille est Malinowski

Qui vox quondam populi, libertatemq tueri doctus, in Augusto Themidis Domicilio

In publica afrea fulminatus statione.

Iure, consilio suasu, et mentis operatione

Delphici pondus oraculi, si non superavit, adimplevit profectò

Ecce nunc in pulvere dormit

Et si ab illo consilium quaeras, respondebit procul dubio tibi

Vive tanquam hodie moriturus

Ita nempè ordinatâ fatorum lege evenit.

Ut serius aut citius metam properemus ad unam.

Vix nati discentes mori

Scrutare famam modo quae venit ad aures

Quali agone vitam finiverit

Loquitur infallibiliter

Collecta vitia per tot aetates, diu, in malignitatem moderni saeculi redundare adeò

ut magis ex magna quàm ex mala fama virtuti periculum crescat

Laetosq diu florere nocentes, vexariq pios omnino necesse sit

Latuisses melius Casimire procul ab igne

Procul ab invidia quae semper comes virtuti, remotus insidijs

Ubi liber animus, ut sui iuris vacasset studia recolenti tua

Nunc

Quia te daemonio per incantationes immisso binis septimanis exerucitatum